

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 153. Sessio XIII. dies promulgandæ sententiæ præfixus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV.  
A.C. 1409.

§. CLIII.

*Sessio XIII. Dies publicandæ sententiae præfixus.*

*Labbe Conc.* Sessione tertia decima Petrus Plautus  
*Gen. tom.* Theologiæ Doctor atque unus ex illis,  
*XI.* quos Universitas Parisiensis ablegaverat,  
*Spicil. tom.* orationem habuit, sumptoque Themate  
*VI. p. 321.* ex illis Oseæ Prophetæ verbis cap. I. v. ii.  
*Congregabuntur Filii Juda & Filii Israel pariter,* & ponent sibi met caput unum, de au-  
 toritate Ecclesiæ præclare dixit, multis-  
 que rationibus demonstravit, Petrum de  
 Luna pertinacem esse schismaticum, quin  
 & hæreticum, ab Ecclesia Dei abscessum,  
 atque Pontificatu exutum. Additque,  
 ejusdem quoque secum sententiæ esse  
 non solum Parisiensem, sed etiam Ande-  
 gavensem, Aurelianensem, & Tolosanam  
 Universitates. Finita hac oratione No-  
 variensis Episcopus ex quodam instru-  
 mento a se recitato testatum fecit, omnes  
 Doctores in hac Synodo congregatos,  
 haud pauciores numero centum & tribus,  
 Universitati Parisiensi in hoc puncto ad-  
 stipulari. In idem pariter consilium de-  
 scendisse Academiam Florentinam, ita ju-  
 dicantibus centum & viginti Doctoribus,  
 cum his quoque conspirare tres supra  
 centum universitatis Bononiensis Docto-  
 res, quorum suffragia proferre paratus ef-  
 set.

set. Posthæc Advocatus rogabat, ut Pa-<sup>sæcul.</sup> **XV.**  
 tres pro publicanda adversus ambos Com-A. C. 1409.  
 petidores sententia certam diem dicerent;  
 igitur præfixa est quinta Junii, quæ erat  
 proxima Mercurii dies. Interea tamen  
 prima die dicti Mensis habita est Con-  
*Sessio XIV.*  
 gregatio, quam non pauci Scriptores de-  
 cimam quartam appellant Sessionem, cum  
 eadem, quæ in aliis Sessionibus, in hac  
 celebrata essent solemnia. In illa Archi-  
 episcopus summatim relegit Articulos,  
 testiumque numerum, ac cuiusvis digni-  
 tatem atque gradum, suppressis tamen  
 eorum nominibus; tandemque subjunxit,  
 quod omnibus & singulis ipsa instrumen-  
 ta seu ipsas testium depositiones forsitan in-  
 spicere cupientibus, proxima feria secun-  
 da, & tertia in Conventu Carmelitarum  
 ea inspectandi copia daretur.

### §. CLIV.

#### *Sessio XV. Sententia definitiva alta voce promulgata.*

Congregatio præcedens viam parasse *Niem de*  
*videtur Sessioni decimæ quintæ, fe- / schi / m. l. 3.*  
*ria quarta die quinta Junii in vigilia festi* <sup>c. 44.</sup> *Conc. Labb.*  
*Corporis Christi celebratæ. In ea Ad-* <sup>tom. XI.</sup> *vocatus postulat, ut Cardinales aliique* <sup>Specil. tom.</sup>  
*Prælati hunc in finem speciatim nomina-* <sup>VI. p. 523.</sup>  
*ti ad portas Ecclesiæ accederent, ambos*  
*do*